UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate// librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

XLIII De Compassione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

Visual Library

omẽs, vt & ipſi miſericordiã cõſequamur à dño, ipo
Mat. 5. dicente: Beati miſericordes, qm̃ ipſi miſericordiã cõ
Luc. 6. ſequent. Et iter. Eſtote igit miſericordes, ſicut & pa
Ephe. 4. ter veſter miſericors eſt. Hinc Paulus ait. Eſtote aũt inuicẽ benigni, miſericordes, induite vos ſicut electi dei viſcera miſericordiarum. Hinc Salomõ ait. Facere
Pro. 21. miſericordiã & iudiciũ magis placet dño q̃ victimę
Eccl. 35. Hinc per quendam ſapientem dicitur. Qui facit miſericordiam, offert ſacrificium,

De Compaſſione. Cap. XLIII.

Mat. 7. PEr euangelium namq́ꝫ ſuũ admonet nos dñs dicens. Omnia quęcunq́ꝫ vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis. Hæc eſt em̃ lex & prophetæ. Quod tibi accidere non vis, nec ꝓximo tuo cupias euenire. Condole in alienis calamitatibus, ſatiare fletibus: in alienis laboribus, in tribulatiõe alterius & tu eſto triſtꝫ. Talis eſto alijs, quales optas eſſe circa te alios. Quod non vis pati non facias, nec inferas alio mala, ne patiaris ſimilia. Ita clemens eſto in alienis delictis ſicut in tuis, vt nec aliter te nec aliter alios penſes. Et ſic alios iudica vt iudicari cupis. In tribulatiõe poſitis ſubuenire non ceſſes, dolentem conſolari ne dimittas.

De Caſtitate. Cap. XLIIII.

CAſtitas em̃ fructus ſuauis eſt, pulchritudo inuiolata ſanctorum, Caſtitas ſecuritas mentis, ſanitas corporis. Niſi em̃ vnuſquiſq́ꝫ caſtus pſeuerauerit ad perpetuã requiẽ puenire, & deum videre
Hebr. 12. non poterit, teſtante Paulo apl̃o: Pacẽ ſectamini cũ